



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

17 Residentia praecipue debetur in parochiali.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

non erit necesse illud Metropolitano renunciare, ad quem tamen cum concilio Provinciae spectabit judicare de licentiis à se, vel suffraganeo datis, & videre, ne quis eo jure abutatur, & ut potius canonicis errantes puniantur. *eod. c. i. §. nam cùm † Parochis autem sine licentia in scriptis habita, quæ gratis, & nisi ex gravi causa, ultra bimestre concedi non debet, & idoneo 14 Vicario ab Ordinario approbato, qui parochiali ecclesiæ interim inserviat, cum debita mercedis assignatione deputato, abesse non licet. eo. cap. i. §. eadem omnino. ver. descendendi. sess. 23. & cap. 2. in fin. sess. 5. 10 de reform. † Nec aliter Ordinarij habent facultatem quavis ratione à residentia dispensandi. congreg. conc. super eo. cap. 2. in decis. sub tit. Pistorien. Cauta enim studiorum dispensatio à residentia concedi non potest, cùm hodie per concil. Tridentin. non admittantur ad parochiales, nisi qui per concursum magis idonei sunt iudicati, ut per sacram eōngr. sub die 22. Februario 1590. fuit decimum, ut in decis. super eo. 11 cap. i. §. congregatio censuit † dignitates, canonicatus, præbendas, aut portiones in cathedralibus, aut collegiatis ecclesiis obtinentes ultrà tres menses ab eisdem ecclesiis quolibet anno abesse non possunt, salvis tamen earum ecclesiæ constitutionibus, quæ longius servitij tempus requirant, cap. 12. §. hortatur. de refor. sess. 24. 12 † decreta autem à concil. Tridentin. edita super residentia in concil. Provin. & synod. diœcesana debent publicari & frequenter omnium auribus, mentibusque infigi, ut in posterum, Deo iuvante, nulla temporum injuria, aut hominum oblivione, aut desuetudine aboleantur. eo. cap. i. 13 in fin. sess. 23 † Ex his enim causis nec*

poteſt quis abesse, niſi proviſo, quod interim de absentium beneficiatoribus fructibus ita provideatur, quod propter absentiam ecclesiæ nullum patiatur dampnum in divinis. cap. 2 in fin. de reform. sess. 5. & præctio. cap. 1. sess. 25. cap. cum ex eodem §. porr. de elect. in 6. & cap. beneficium de regul. ea de lib.

14 Elapſo termino † licentia concessæ, aut contra non residentes licentia non petitur, nec impetrata per edictum publicum, servatis legitimis processibus, Ordinarius procedere potest, quacunque exemptione, & inhibitione etiam vigore Eugeianæ constitutionis non obſtante. dict. cap. 2. sess. 6. & cap. 11. sess. 24. de reform. usque ad privationem inclusivè, dum tamen præcesserat trina edicta publica, & lapsi sint sex menses juxta cap. ex tute. de cler. non resid. Congreg. Conc. super cap. i. in ver. privationem. de reform. sess. 23.

15 Parochi † autem, qui sine causa & licentia absunt, mortalis peccati reatum incurunt, & pro rata temporis absentia fructus suos non faciunt, qui fabricæ ecclesiærum, aut in pauperum ulus à superioribus sunt erogandi. dict. cap. 1. §. si quis autem, sess. 23. ac præterea moniti, niſi redierint, possunt jure privari. cap. inter quatuor. & cap. fin. de cler. non resid. cum alijs supra allegatis. Fructus autem † prædicti per ordinarium fabricæ ecclesiæ parochialis debent applicari, etiam si non indigent, nec pauperes intra ejus limites reperiantur, cùm tamen indies possit indigere, faltem quo ad paramenta, & alia ad ecclesiæ ornatum necessaria. congregat. concil. super eodem cap. i. sess. 23. in verb. fructus non residentium. Et † cum prima, & præcipua debet esse cura animalium

marum & ad residendum in ecclesia parochiali, & ibi in divinis deserviendum, debitoque eorum officio fungendum teneri, & obligatos esse, ac id per Episcopos, & aliorum locorum ordinarios tanquam Sedis Apostolicæ delegatos sub sententiis, & censuris Ecclesiasticis, & pecuniariis arbitrio eorum declarandis, ac etiam privationis dictarum parochialium, & aliorum quorumcunque beneficiorum personis, quacunque appellatione remota, & quamvis alia habeat beneficia personalem residentiam requirentia, cogi & compelli possunt, ac debent, ut in const. Pij. V: cupientes, & cap. I. in Bull. cap. 64.

13. ¶ Et sunt cogendi ad habitandum in domo ecclesie, vel si ecclesia domum non habeat in propinquiore intra limites parochiae, alias tenetur ad restitutionem fructuum, de quibus in eodem cap. I. sess 23. & ita censuit congreg. concil. super eodem cap. §. cong. censuit.

14. Dignates, & canoniciatus in cathedralibus, vel collegiatis ecclesiis obtinentes, & ultra tres menses contra coac. Trid. dispositionem non residentes, primo anno dimidia parte fructuum, quos ratione etiam præbendæ, & residentie suos fecissent, sunt privandi; de distributionibus quotidianis tamen absentes adeo sunt privandi, ut si quis de eisdem quicquam percipere presumit, excepta infirmitatis, aut alia iusta, & rationabili corporali necessitate, aut ecclesia evidenti utilitate debeat excusari, eosdem fructus non faciat luos, sed ad 25.

Primò, tamen legi permissione, qua per tres menses abesse possunt, conc. Trid. in dict. c. I. §. quoniam autem, sess 23. de resor. non tamen canonici omnes, vel maxima eorum pars possunt abesse eodem tempore, ne ecclesia suo debito servitio destituatur, sed tantum ea quota pars canonorum, quæ videbitur arbitrio Episcopi, & capituli. congreg. conc. super eod. c. 12. in 22. ver. tres menses, tamen licet impunè abesse possent, distributiones tamen non percipiunt, sed illas amittunt, congr. conc. super d. c. 12. in decis. sub tit. Mediolanen. Gadiden. Quæ illæ temporibus vacationum esse debent pro canonis, qui servire volunt, ut in eisdem declarat, sub verb. tres menses, & distributiones.

Secundò, canonici missi ab eorum Episcopis ad limina Apostolorum eorum nomine, vel, comitantes ipsos Episcopos ad eadem limma, qui ex decreto Sixti Papæ V. distributiones quotidianas lucrantur, ut testatur congreg. concil. in declarat super eodem c. 12. in verb. fructuum, §. canonici.

Tertiò, tamen lucrantur etiam distributiones quotidianas, qui curam animarum exercent, quæ illi ecclesie imminent, dum tamen sunt in actu administrandi sacramenta, vel alia exercendi, quæ spectant ad ipsam curam, quia, tanquam prælentes in choro habentur, ut per eandem sacr. congreg. fuit declaratum super eod. c. 12. in verb. recipienti.

Quartò, tamen qui ex causa legitima comprehensa in cap. unic. de cler. non resid. in 6. ab Episcopo excusat. à residentia chori sine consensu capituli, de cuius interesse agitur, sive sit canonicus, sive capellanus, ut in declarat. super eodem cap. 12.

Ggg in dec.